

tamen castrum ab utraque parte
pluribus interfectis et in eodem
sunt capti homines ducenti et ultra.

1208

Eodem anno cum capti non sine dam-
pno gravi et personarum modica le-
sione in carceribus sine otio quies-
cerent venerunt marturien-
ses qui utriusque partis tunc videbantur
~~inter se muraturum fuisse quod per amicos~~
hortantes de concordia instantissime
florentinos et ostendentes lucrum
quod homo consequitur ex eadem
dicebant inter remuraturum fuisse ita quod
pacem ^{senensis} montepulcianensibus dabant
finem et concessionem de omnibus fa-
ciendo et iura in podio bonizi competen-
tia sibi concedent. florentini vero
licet cognoscerent vias suas credentes
tamen utendo podio bonizi tanquam
proprio posse quiescere marturien-
sium acquiescere consiliis eorum
arbitros amicabiles faciendo. Quid
multa? expedit sub breviliquio trans-
currere cum sit labor in vanum